Hormisda ann. VIII d. XVII. Cess. d. VI.

Obiit VIII. idus Augusti

Iohannes ann. II mens. VIII d. XVII. Cess. d. LVIII.

Hic a Theodorico rege captus et maceratus in custodia apud Ravennam defunctus est martyr XV Kal. Iunii.

Felix (IV) ann. IV m. II d. XIII. Cess. d. III.

Hic fecit ordinationes II in urbe Roma mens. Febr. et Mar. presbyteros LV, diaconos IV, episcopos per diversa loca XXVIII. Obiit V idus Octobris.

Bonefacius (II) ann. II d. XXVI. Cess. mens. I d. XV.

Obiit VI Kal. Novembris.

Iohannes (II) an. II mens. IV d. VI. Cess. d. VI

Obiit VI Kal. Iunii.

Agapitus menses XI dies XVIII. Cess. d. XXIV.

Obiit X Kal. Maii.

Silverius ann. I mens. V d. XI.

Hic dolo captus et monastica veste indutus et a Vigilio archidiacono in Pontias insulas missus, pane tribulationis et aqua angustiae sustentatus, deficiens mortuus est confessor et sepultus in eodem loco XII Kal. Iulii.

Hic taliter subscripsit in dampnatione Vigilii:
„Sic decet sanctorum fidem patrum in ecclesia servari catholica, ut quod habuit amittat qui improperabili temeritate quod non accepit assumpsit."

Vigilius ann. XVII mens. VI d. XXVI. Cess. m. III d. V.

Pelagius ann. XI mens. X d. XVIII. Cess. mens. II d. XXV.